

ACCLAMATIO VOTIVA
 Nobilissimo Sponforum Pari,
JOANNI MARTINO
LUTHERO, in HOHBERG,
 DIVI LUTHERI PRONEPOTI,
 &
MARGARITÆ SOPHIÆ,
INCOMPARABILIS
HÜLSEMANNI
 FILIÆ,
 Nuptias celebrantibus,
 d. XIX. Junii, clc. lcc. LV.

Nuncupata
 à
 COMMENSALIBUS HÜLSEMANNIANIS.

L I P S I Æ,
 Literis FRIDERICI LANCKISII exscribebat Christo-
 phorus Cellarius,



CRebra Dionæ fulgent incendia matris
Per vicos, Philurea, tuos: Hymenæia
pasim

Gaudia vulgantur. Neq; dum rubicantia plane
Triste puerperiis exhaustit fulmina sidus:
Et nova se profert Acies, ultura ruinam,
Virgineis selecta choris: quæ Numine freta
Intrepidosaudet vultus opponere Morti,
Et palmam sperare sibi, victæq; triumphos,
Et Iannas, & dicta ignominiosa minari.

Est Deus, est certe, qui corda imbellia tantis
Implet spiritibus. Jamq; in breviora coactus
Est spacia iste furor, multasq; revivere Matres
Cernimus, è mediis raptas quasi faucibus Orci.

Jam quoq; virginibus reliquis sociam addere
Gaudet Aaronis sancta de stirpe virago (dextrâ
Edita, præsentemq; Deum legionibus infert.

Olli foemineam majestas mascula frontem
Temperat: haud alia facie Tritonia pingi
Se velit, æratam quæ concutit ægida, Pallas.
Talis Amazonidum circumvallata catervis
Penthesilea fuit, cum Dardana Achaicus hostis
Moenia cingebat. Sunt nostro & Amazonesq; ovo,
Et bellatrices gignunt Tilieta puellas.

O sal-

O salve viris nuper desponsa juvenus,
 Militiæ jurata manus, Veneremqve pudicam
 Sectatura cohors! Et tu pulcherrima salve
 MARGARIS ante alias! Trepident vestra agmina
 Cedat in auditu Febris grassata veneno! (morbi
 Nec de purpureis hesterni funera Patres
 Lenticulis metuant! Ferratus ab agmine vestro
 Per sex hebdomadas Nuruum se porrigat ordo!
 Hancq; tibi, turmaeq; tuæ det, MARGARI, laudem
 Ultima posteritas: nova proclameris Amazon,
 Non quæ finitimis, ut quæ Pangæa tremebant
 Saxa, viris noceat: nec enim Ciconesve, Getæve
 Circum habitant, tetrove horrēdi Bistones ore;
 Sed quæ chara viro, decimos ubi Luna juven-
 Egerit, ambiguae constans insudet arenæ, (cos
 Dum de Morter edux, Mortisq; satellite Morbo
 Ipsa duplex geminū statuatur super hoste tropæū.

Alpice, cui generi jubeat Te ferre Nepotes
 Provida cura DEI. Tu gestatura LUTHEROS,
 Tu Sobolem paritura, cui sub stirpe paterna
 Proximus à Paulo proavo, Paulina sepultum
 Marmora quem servant, memorabitur ille The-
 ander,

Quem calamo armatum solo, non ense minacē
 Bestia septeno stabulans in colle refugit
 Vulnere foedata immani, nec tempore ab isto
 Ad veteri exutos regressa Tyrannide fines.

HÜLS.

HÜLSMANNO hoc placeat, si se Lutherulus olim
Lallet avum: stantesq; hinc MARGARIS, inde Jo.
Herentem faciant, utriusgermine sexus (ANNES,
Se fortunatum mage judicet! O quis amorem
Pinget Avi? quis delicias? cum parvulus inter
Brachia MARGARIDIS ludet, gentisq;ve paternæ
Maternis confusa notis imitamina reddet.

Tu vero, Herois genimen prelustre LUTHERI,
Magne Vir, & Proavo sangvis dignissime tanto,
Non poteras miscere genus generi aptius ulli,
Nobis crede, tuum. LUTHERI ille entheus ardor,
Qvem tricoronigeri senserunt regna Luperci,
Qvem sectę sensere omnes, & terga dedere, (qve,
Vivitin HÜLSMANNO. Pertenuc vivat uter.
Longaq; de duplici succrescat stirpe propago!



ACCLAMA
Nobilisfimo
JOANNI
LUTHERO
DIVI LUTH

MARGARI

INCOM

HÜLSI

F I

Nuptias c

d.XIX. Ju

N

COMMENSALIBU

L I

Literis FRIDERICI LA

phor



VA

NO

G,

IIÆ,